



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex  
Sanctis Patribus, non sanctè edidit**

**Gardiner, Stephen**

**Lovanii, 1554**

Idem Gregorius de pasto. cura: parte 3. Cap. 28.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29410**

quāto magis Leuitis aut Sacerdotibus, quos die noctūque pro plebe sibi commissa oportet orare.

*Gregorius Venantio Cancellario Italiae.*

**A**Nanias pecunias deo vouerat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte multatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos dederat numos, Deo abstulit, considera quanto periculo in diuino Iudicio dignus eris, qui non numos, sed te ipsum Deo omnipotenti, cui te sub monachali habitu Deo voueras, subtraxisti. Considera iudicium Dei quod mereatur, qui semetipsum Deo vouit, continuoque mundi desideriis irretitus, meritus est quod vouit. *Idem Gregorius de pasto. cura: parte 3. Cap. 28.*

**A**dmonendi sunt ceteros, ne sine damnationis iudicio misceri se foeminis vacatibus putent. Cum enim Paulus fornicationis vitium tot criminibus execrandis inseruit, cuius sit reatus, indicauit dicens: Neque fornicatores, neque seruietes idolis neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Et rursus, fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus. Admonendi sunt itaque, ut si tentationum procellas cum difficultate salutis tolerant, coniugii portum petant: scriptum namque est, Melius est nubere quam vri: sine culpa quippe ad coniugium veniunt, si tamen necdum meliora vouerunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit, bonum minus quod licuit, illicitum fecit: scriptum quippe est,

Quantum tribuat ore Bucerus Gregorio, elogio preclare testatus est: quantum verò ipsa re det, vita & doctrina fecit manifestum.

L ii nemo

nemo intrens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno cœlorum. Qui igitur, fortiori studio intenderat: retrò cõuincitur respicere, si relictis ampliorib<sup>9</sup> bonis ad minima retorquetur.

*Gregorius Nazianzenus oratione 30*

*Bilibaldo interprete.*

*Hæc legat  
Bucerus.*

*Datur hiis  
qui volunt  
& assentiuntur.*

**N**on omnes, inquit, sermonē hunc capiunt, sed Nii quibus datum est: quum audis datū esse, nihil hæreticum patiaris, néve naturas inducas, siue terrestres, siue spirituales, vel medias: sunt enim quidam adeò malè affecti vt arbitrentur quosdam, omnino naturę esse periturę: alios autem saluandę: nonnullos verò ita habere, sicut eos liberum arbitrium, vel ad melius, vel ad deterius impellit, aliumque alio plùs minùsve idoneum esse, id & ego accipio, non tamen aptitudinem ad perfectionem sufficere puto: cogitationem verò esse quæ illam infestet, vt natura ad opus progrediatur, quemadmodum & lapis Pyrites, ferro malleatus, ferrum fit: quum verò audis, quibus datum est, adde datum quidem iis qui volunt, & qui assentiuntur. Etenim quum audis, non volentis neque currentis, sed miserentis Dei, tibi consulo vt sermonem hunc acceptes: quoniam enim nonnulli sunt, qui ob iustitiam propriam tam magnificè sentiunt, vt totum sibiipsis acceptum referant, ac nihil factori & instructori, bonorumque tribuant largitori, hos sermo hïc docet, quòd & bonum velle, diuino indigeat auxilio, seu potius eligere  
utilia,